

Wilhelm David Habermann

**Universitatis Varniacæ Rector, Wilhelmus David Habermannus ... Publico hoc
Programmate Cives Academicos ... Ad Funus abs præsentibus ejus Cognatis
Exuviiis Virginis ... Annæ Margarethæ Cochiæ ... invitatos vult : [P.P. d. 20.
Decembr. A. R. S. MDCCXIV.]**

Rostochii: Weppling, [1714]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746999224>

Druck Freier  Zugang



Habermann, W. D.,

in A. M. Coch.

R. 1714.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn746999224/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746999224/phys_0002)

DFG

104.

UNIVERSITATIS VARNIACÆ
RECTOR,
WILHELMUS DA-
VID HABERMANNUS,

MED. D. ATQUE PROF. PUBL. ET POLIATER,

Publico hoc Programmate

Cives Academicos O. O. Honoratissimos
AD FUNUS,

abs præsentibus ejus Cognatis
EXUVIIS

VIRGINIS REVERENDÆ, VIRTUOSISSIMÆ DEOq; DEVOTISSIMA;

ANNÆ MARGARETHÆ
COCHIÆ,

eventualis Cœnobii ad S. Crucem hac ipsa in Urbe
Religiosissimæ,

Christiano ritu hodiè paratum,

Frequenti suo comitatu cohonestandum

Convocatos ac decente humanitate

invitatos vult.

R O S T O C H I I ,

Characteribus W E P P L I N G I , S E R E N I S S . PRINC ,
& U N I V E R S . Typogr.





Irginitatis inter ea,

qvaæ abs Supremo Cœlorum
Domino terrarum incolis
conceduntur, non exiguum,
sed eximium planè multisq;
aliis præferendum donum
esse, neminem autumo nega-
turum, qvisqvis considerave-
rit, quantopere illud commendandum duxerit
Paulus,, peculiare quantumvis divinum de eo
præceptum non habens , ex Spiritus S. tamen affla-
tu scribens 1. Cor. VII. 34. *Innupta curat ea, qvaæ*
sunt Domini, ut sit sancta cum corpore tum spiritu;
contrà, qvaæ nupia est, curat ea, qvaæ sunt mundi,
quomodo placitura sit viro. Haud levem igitur Vir-
ginitati præ conjugali statu prærogativam Aposto-
lus adscribit , habito præsertim ejus temporis præ-
sentisqe necessitatis , ubi durissimæ Christum
profitentium persecutio[n]es invalescebant , respe-
ctu v. 26. Hinc ab initio Ecclesiæ Virginitas &
magni æstimata & à qvammultis culta fuit , ut
eius admiratio Statum Monachalem haud parum
promovisse videatur.. Successu enim temporis
monasteria erecta sunt cœnobiaqve condita , in
qvibus Monachi & Moniales , Virginitatem libere
foventes , una viverent , tempus partim divini
cultus exercitio , partim honestis suumqve sexum
decentibus ac ad vitæ necessaria paranda aptis labo-
ribus impendendo. Qvod qvidem institutum
nullatenus suis defraudandum laudibus est , modò
non sub Papatu in perniciosa[m] , qvæ perversam
meriti opinionem conjunctam habet , supersticio-
nem degenerasset , variiqve cum illo conjuncti
fuisser minimè tolerandi abusus. Unde in Eccle-
sia

sia nostra non quidem penitus deleta sunt omnia;
qvæ erant, (nimiam tamen eorum retinere multi-
tudinem inconsultum, imò noxiū recte judica-
batur) monasteria cœnobiaqve: attamen, remotā
impiā superstitione ac abolitis adhærentibus abu-
sibus, ut primæ suæ origini magis congruerent,
repurgata fuerunt. Et sic nos inter etiam ha-
bent, si qvæ, citra necessitatem, ex potestate
propriæ voluntatis, ut Paulus I. c. v. 37. reqvirit,
decrevere in corde suo servare virginitatem,
ut cœnobia ingredi possint, qvo, ab hoc seculo curis-
qve mundi magis abstractæ, curent ea, qvæ sunt
Domini, uti corpore virgineo ac illibato, sic animo
casto puroqve (nam carnem habere virginem, Hie-
ronymo dicente, nihil est, si mente quædam nu-
pserit) castissimæ purissimæque menti, DEO, servi-
entes, cum corpore, tum spiritu sanctæ. Ta-
lium DEO sacratarum, & hujus quidem loci am-
plissimum, cui à S. Cruce nomen inditum, Cœno-
bium inhabitantium, Virginum ex numero fuit,
cujus hodie funus indictivis deducendum exe-
quiis est, Reverenda magnisqve, qvoad vixit,
ordini suo prælucens virtutibus Virgo, Prænobi-
lisqve Prosapiæ, ANNA MARGARETHA CO-
CHEN, cujus memoriam, ob singularem, qvâ pol-
luit, devotionem ceterarumqve virginalium virtu-
tum nitorem, ad alios qvoqve propagari, fas est,
& vel ideo expedit, ut iterum iterumqve intelli-
gant Pontificii, Adversarii nostri, à nobis qvoqve
DEO devoutam castimoniam donumq; puræ virginita-
tis magni aestimari, probari, celebrariq;. Nostram igi-
tur in Redemptore suo, imò & nostro, piè Defunctam
qvod attinet, Anno superioris Seculi LXIII. d. 3.
Junii, lucem hanc ea adspicere cepit, à Parentibus

A 2

magno

magnō dignitatum; meritorum atqve virtutum.
splendore illustribus prognata. *Patrem* siqvidem
agnovit Virum qvondam Prä - Nobilissimum at-
que Amplissimum, DN. CHRISTIANUM CO-
CHIUM, Hæreditarium in Gubekow/ S. Reg. Ma-
jest. Sveciæ in vigesimam octavum annum usqve
per Pomeraniam Svecicam Consiliarium Aulicum
fulgidissimum meritisqve excellentissimum. *Ma-*
trem osculata fuit; insigne sexus sui ornementum,
Fœminam Prä - Nobilissimam, ANNAM ELI-
SABETHAM Karstens. In linea superiori *Avus*
ei contigerat Vir de hac iplâ Civitate qvam opti-
mè promeritus, Nobilissimus atqve Prudentissi-
mus DN. JOACHIMUS COCH, Senatoriâ
qvondam apud nos dignitate refulgens. *Avia* ve-
rò fuit Matrona pietatis studiosissima nostrisqve lau-
dibus superior, SOPHIA CLINGIA, Filia qui-
dem primogenita Hlustris qvondam, Consultissimi
atqve Excellentissimi Viri, DN. D. BARTHO-
LQMÆI CLINGEN, JCti etiamnum Celebreri-
mæ apud nos famæ, qvi de hac Academiâ no-
strâ duplici Professorio munere, priori quidem
Rationalis Philosophiæ, posteriori Jurisprudentiæ,
longè optimè meritus fuit, juxtaqve, ceu Serenissi-
mi Ducis Mecklenburgici Consiliarius Intimus,
per universam Patriam merita sua distribuit, ante
seculum cum quadriennio superante fatis defun-
ctus. In sequiori linea *Avum* nacta fuit Virum
Magnificum, Consultissimum, Amplissimumque,
DN. JOACHIMUM Carstens/JCtum Celebratissi-
mum, Sereniss. Ducis Saxo-Lauenburgici Cancellariū
Excellentissimum, postea verò S.Rom. Imperii Li-
beræ Civitatis Lubecæ Syndicum Primarium dæ-
terrimum. *Aviam* autem Generosam Honestissi-
mam-

mamque, ex fulgidissimā apud Lubecenses Patriciorum Familia oriundam, ILSABEN von Wickede Viri Generosi atqve Prudentissimi, DN THOMÆ von Wickede, Patricii ac laudatæ Civitatis Lubecensis Senatoris gravissimi Natam. Tam splendidis Progenitoribus, qvorum etiam, si opus foret, in utrāqve lineā Majorum, non minori nominis famæqve fulgore conspicuorum, prolixus contexi catalogus posset, originem suam, post DEUM, omnis vitæ auctorem, sanguinemqve debuit beatè Defuncta Nostra. Nec dubium est, qvin cum sanguine unā qvicqvad virtutum in tam eximiis Parentibus radicatum fuerat, ad hanc illorum filiam fuerit transplantatum. Scilicet, ut Pöeta, nescio qvis, canit :

Vina suis vasis referunt libata saporem,

Nec procul à proprio stipite poma cadunt.

Filius ut Patrem sequitur, sic filia Matrem,

Ingenuum puerum nec mala serva parit.

Sic leo fortis amat fortē generare leonem.

Sic sonipes acrem procreat acer equum.

Qvod etsi perpetuum non sit, ut Aristoteles Lib. I. Polit. Cap.4. experientiâ testimonium conferente, scribere habuerit : *Natura qvidem vult hoc facere, (ex bonis nimirum non nisi bonos bonasqve generare) at sapenumero non potest; in Nostra tamen sine omni exceptione illius confirmatam novimus veritatem.. Quantumcunque autem fuerit, qvicqvad à natura mortalibus boni inest, pro nihilo tamen reputandum id venit, nisi spiritualia illi dona accesserint, qvæ sola DEO grata acceptaqve esse possunt. Cujus optimè gnari probèqve memores Beatæ hujus Virginis Parentes minimè fatis habuerunt, eandem ex se natam*

A 3

esse

esse, qvin princeps illorum cura fuerit, ut qvæ
de carne caro nata erat, ex aqua & Spiritu rena-
sceretur. Sacrisqye initiata hæredibus adscribere-
tur per Christum nobis partæ salutis æternæ. Qvæ
à Natura nobis bona insunt, scintillulæ sub cineri-
bus latitanti comparari non immerito possunt.
Hæc si abscondita relinquitur, penitus tandem ex-
tinguatur, oportet: Eruta vero, qvi reconditam
tenebat, acervo, ubi excitatur, conveniente nutri-
mento apposito, in magnam sæpe flammat eva-
dit. Ita qvæ in nos Natura contulit animæ bona.
Sibi si relicta fuerint, facile à majori, qvæ non mi-
nus, proh! nobis connascuntur, malorum mole
obruuuntur, supprimuntur, delentur. Sicubi vero
(de naturalibus duntaxat loqvor, spiritualium bono-
rum longe nobiliorem & originem esse & augmen-
tationem, nemine nostrum ignorante) prudenti edu-
catione exfuscidantur ac quasi inflammantur, ma-
gis magisq; exsurgunt majoraq; subinde incrementa
capiunt, donec eo, qvi omnium perstringat oculos,
tandem eniteant fulgore. Et sic qvidem Beatæ
COCHIAE nostra omnino contigit. Nam qvæ
à Majoribus Parentibusqve in illam derivatae
erant virtutes, congruâ educatione vel in
primis infantæ annis tantum jam incrementi
acceperant, ut cūlibet divinare integrum esset,
fore, ut ad supremum, qvod quidem in hac im-
perfectione, ubi, Cicerone dicente, præclare in
hominibus agitur, si sunt simulachra virtutis, attin-
gi potest, perfectionis culmen crescente ætate af-
fendant. Et huc provida Parentum cura unicè re-
spiciebat, id solum expetebant pia illorum vota.
Nec, qvoad vixeré, habuerunt, cur eos in dilectam
hanc filiam suam impensi laboris pœniteret. At-
tamen

tamen dolendum erat, quod nec istis plenum educationis suæ fructum videre, nec huic tam fideli curâ ulterius frui licebat. Etenim cum teneræ adhuc ætatis Nostra esset, utroq; Parente se orbatam cernebat, qvibuscum maxima qvæq; à mortalibus qvidem exspectanda, sibi ademta intelligebat, nec intelligebat solum, sed & dolebat. Interim verò commodum evenerat, quod Materra ejus, fœmina pietati deditissima ceterarumq; mulierium virtutum coronâ exornatissima, Prae-Nobilissima BARBARA CARSTENS/ nuptum apud nos elocata esset Viro qvondam Prae-Nobilissimo, Excellentissimo ac Consultissimo, DN. JOANNI SIBRANDO, J. U. D. & Decretal Prof. Publ. Celeberrimo, cui etiam tutela ejus commendata erat. Ad hunc qvippe se conferebat, in Sibradianam domum recepta in eademque annorum aliquot per spatum commorata, donec Soror illius natu maxima, Præstantissima tunc virago & virtutibus condecoratissima, ELISABETHA COCHIA, abs Genero, Consultissimo & Amplissimo Viro, DN. HERMANNO SIBRANDO, Stettinensem Consule Prudentissimo, perqve Pomeraniam Svecicam Consiliario Provinciali fulgidissimo, in thorum conjux adsciceretur. Tum enim Stettinum eandem comitatabantur, dulcissimæ Sorori adhæsura. Sed verò, eoque tempore alia qvædam proximo consanguinitatis vinculo ei juncta Nobile Parthenium, quod vicinum nobis oppidum Ribbenitzum inclarescere facit, tanquam Conventualis inhabitabat, ad quam invitata protinus concedebat, & cum illâ aliquot transigebat annos. Quandoquidem autem laudabilis illi pietas & erga DEUM devotio penè singularis induita erat, tranquillitate vitæ coenobialis illecta istum sibi statum eligebat, nil qvidquam potius optans, quam ut, posthabitatis seculi hujus vanitatibus curisque mundi abdicatis, qvæ Domini sunt, magis meliusque curare, seqve innuptam cum corpore tum Spiritu sanctam & angustissimo DEO exhibere posset. Communicato itaque consilio cum mox laudato Tutore ac Affine suo, D. SIBRANDO pariter atque Avunculo suo, Nobilissimo, Amplissimo ac Prudentissimo Viro, DN. JOACHIMO FRIDERICO CARSTENS, Liberae Imperialis Civitatis Lubecæ Senatore Spectatissimo, nec minus cum Sororibus suis, tam Conjuge SIBRANDIANA, paulo ante debito cum honore memorata, quam alterâ, qvæ Illustri & Excellentissimo DN. Consiliario Regiminis Regij OLTHOE.

OLTHOFFEN nuperat, omniumque consensu imperato, inclutum,
quod moenia nostra includunt, Coenobium ad S. Crucem, Virgo vi-
cesimum etatis annum vix supergressa, ingrediebatur. In eo qualem se
gesserit, multis edicere supervacaneum judicatum iri arbitramur, cum
inter omnes id laudis eam maneat, visam semper fuisse agere, quod
plam, castam, virtutum tenacem, verbo: quod DEO dicataim ad-
deceret monialem. Nihil tranquillitate vitae habuit carius, nihil pu-
dicitia & sanctimoniam suavius duxit, nihil piis de DEO Christoque
Redemptore colloquiis dulcius estimavit. Ut multa paucis dicam: Cura-
vit, quae Domini sunt, sanctimoniam vitæ cum corpore, tum spiritu se-
stata quam studiosissime. Ceterum, suam ipsius in personam experiri eam
oportebat, quo chariores DEO sunt, eò gravioribus in hac mortali vita
afflictionibus subjici animas æternam heredituras vitam. Ut enim in-
firmo atque cauillario corpore erat, ita ægritudine variâ laborabat: quod
tantum abest ut impatienter tulerit, ut potius, quantum corpus iufirmabatur,
tantum confirmata fuerit anima Domino suo constantissime adhaerens.
Unde & nunc illi sentire datum est, quod DEum diligentibus cuncta in
bonum cedant. Etenim à tot quas perpessa erat, ærumnis liberata tan-
dem est, ut vera plenissimâque libertate in æternum fruatur. Placuit
namque DEO, vitæ Auctori mortisque Domino, spiritum ipsius die
XXVI. Novembris, hujus ad finem properantis anni, mundi miseriis ere-
ptum ad se revocare, morte inopinâ quidem ac subitanâ, attamen
placidâ beatâque vivendi heic finem imponente, posteaquam compleve-
rat, sex ferè mensibus annumeratis, LI. mortalitatis annos. Ita Defuncta
Nostra in mundo vixit, ceu Virgo DEO sacra, quae Domini sunt, cu-
ravit: nunc in celo vivens ceu Virgo Agnum sequitur, quocunq; ierit,
Apoc. XIV. 4. coelestiaq; percipit oblectamenta. Isthanc ei felicitatem
gratulabuntur, speramus, quotquot alias ob huncce casum contristantur:
gratulamur & nos merito omnes. De cetero, plus modestissimis pie De-
functæ Cognatis, inter nos Honoratissimis, solatii afferemus, li para-
tum exanimi corpori funus frequentes comitati fuerimus. Id igitur
christiani officii & pie Demortua & Superstitibus illius Cognatis ex-
hibeatis, CIVES O. O. HONORATISSIMI! quâ pax
est humanitate oro rogoque. P. P. d. 20. Dc.
cembr. A. R. S. MDCCXIV.

Conventus erit in Aede Jacobæ hora I. Pomerid.

— 15 —





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn746999224/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746999224/phys_0016)



OLTHOFFEN nuperat, o
 qvod moenia nostra includunt
 censemū etatis annum vix su
 gesserit, multis edicere super
 inter omnes id laudis eam in
 plam, castam, virtutum te
 deceret monialē. Nihil t
 dicitia & sanctimonia suavi
 Redemptore colloqviis dulciss
 uit, qvæ Domini sunt, sancti
 Etata qvam studiosissime. Cet
 sportebat, qvo chariores DEO
 afflictionibus subjici animas a
 firmo atqve caussatio corpore
 tantum abest ut impatienser tul
 tantum confirmata fuerit ani
 Unde & nunc illi sentire datu
 bonum cedar. Etenim à tot
 dem est, ut verā plenissimā qu
 namque DEO, vitæ Auctori
 XXVI. Novembris, hujus ad f
 ptum ad se revocare, mort
 placidā beatāqve vivendi heic
 rat, sex ferè mensibus annū
 Nostra in mundo vixit, ceu Vi
 gravit: nunc in cœlo vivens c
 Apoc. XIV. 4. coelestiaq; perc
 gratulabuntur, speramus, qvo
 gratulamur & nos meritō om
 functa Cognatis, inter nos H
 tum exanimi corpori funus &
 christiani officii & pie Dem
 hibatis, CIVES O.
 est humanitate c
 embr. A

Conveniens erit in

ensu impetrato, inclytum,
 ad S. Crucem, Virgo vi
 ediebatur. In eo qvalē se
 icatum iri arbitramur, cum
 semper fuisse agere, qvod
 : quod DEO dicata m ad
 tæ habuit carius, nihil pu
 il piis de DEO Christo qve
 multa paucis dicam: Cura
 cum corpore, tum spiritu se
 osius in personā experiri eam
 vioribus in hac mortali vita
 ituras vitam. Ut enim in
 dñe variā laborabat: qvod
 vantūm corpus iusfirmabatur
 no constantissimē adhærens.
 Eum diligentibus cuncta in
 erat, ærumnis liberata tan
 eternum fruatur. Placuit
 omnino, spiritum ipsius die
 sis anni, mundi miseriis ere
 em ac subitaneā, attamen
 te, posteaq; comple
 alitatis annos. Ita Defuncta
 a, qvæ Domini sunt, cu
 m seqvitur, qvocunq; ierit,
 ta. Isthanc ei felicitatem
 unce casum contristantur
 , plus inceſtissimis pie De
 solatii afferemus, si para
 nitati fuerimus. Id igitue
 stibus illius Cognatis ex
 TISSIMI ! qvā pas
 P. d. 20. De
 XIV.

ora 1. Pomeride.

